WŁOSTOWSKI DE WŁOSTI OLSZANKA BANNITUS

Super citationem Literalem Castren. Capitan. Branscen. tenoris talis Franciscus Joannes in Kroczow Lesnowolski Branscen. etc. Capitan. Tibi Nobili Melchioris olim Alberti Włostowski de Włosty Olszanka heredi Vigore Regio et nostra Capitan. authoritate ex omnibus bonis vestris mandamus ut in terminis Iudicialibus simul et querelarum ac causarum officy Capitan. Castren. Branscen. feria secunda post datam praesentis citationis proximius celebrandis personaliter compareas ad Instanciam Instigatoris Iudicy nostri et ipsius delatoris Nobilis Alberti olim Ioannis Włostowski Gabrielczyk de ibidem heredy quite citat ad Banniendum et de Regno Poloniae pro scribendum ex eo quia tu Kumatronem seu fortem di Brachio per vices gerentem officy nostri Intromissionem vigore ipsius per lucrorum in officio praesenti in Causa instituta ratione de totalibus et integris bonis immobilibus in hereditate Włosty Olszanka Sitt. per olim Nobilem Albertum olim Mathiae Włostoski parentem suum moderno Actori modo donatorio coram Actis hisce Inscriptis vi et violenter expulsionis usu et posessione pacifica privationis non admisisti imo temere impugnasti per quod inpenam Banitionis incidisti ad quam super te et bonis tuis omnibus decernenda et per Ministerialem publican. Citaris Iudicialiter sis responsurus datum In Curia Regia Branscen. feria sexta post Festa Solennia Pascha proxima Anno domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo Cuius quidem citationis praeinserta copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Sierhey Kondratowic recognovit se ab una integra ante terminum praesentem septimana in bonis citati propriys posuisse et publicasse supra scripta pars actorea memoratam superius partem citatam ad Iudicium praesens Castrense Capitan. Branscen. per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Zorosenski Iuridice clamatum et non comparentem in pena Banitionis ex regestu ordine admittentq. iudicio praesenti Iudicialiter condemnavit in vim autem condemnationis eiusmodi Iudicium praesens Castrense Capitanele Branscen. visa et considerata citati Clamati et non comparen. contumatia et temeritate Iuri cummuni et partis actoreae affectationi contentisq. citationis inherendo super ipso citato et bonis eius omnibus

89805

penam banitionis decernit ipsumq citatum iam ex nunc Bannitum et de Regno Poloniae dominiysq eidem annexis proscriptum esse pronunciat et ad publicandam eandem penam banitionis Ministerialem Regni Generalem supra scriptum Nobilem Benedictum Proszenski addit et deputat qui quidem Ministerialis praefatus ius suae deputationis referens et e loco publicationis rediens recognovit se praefatam penam Banitionis super praefato citato ex instantia praenominati actoris legitime obtentam in loco solito Iudiciorum ac foro oppidi huius Branscensis in praesentia multorum et variae conditionis hominum pro tunc congregatorum addita sua praeconica voce publicasse proclamasse et noticiam debitam omnium deduxisse de quo suam relationem fecit

ROSKOWSKI BANNITUS

Super citationem literalem Castrensem Capitanealem Branscensem tenoris talis Franciscus Ioannes in Kloczow Lesnowolski Branscensis etc Capitaneus Tibi Nobili Laurentio olim Mathiae Roskowski de Roski heredi ex omnibus bonis tuis vigore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus ut coram Iudicio nostro in terminis Querelarum ac causarum officiy capitanealis Castrensis Branscensis Feria secunda post datam praesentis citationis primus et proximius celebrandis in Curia Branscensi personaliter et peremptorie compareas ad Instantiam Instigatoris Iudiciy nostri et ipsius delatoris Nobilis Alberti olim Iacobi Pur Roskowski actoris qui te citat ad Baniendum et de Regno Poloniae dominiysq eidem annexis proscribendum ex eo quia tu Rumationem seu fortem de brachio Regali per vices gerentem officiy nostri una cum ministeriali et Nobilibus duobus apud te officiose affectatam intromissionem vigore actorum per lucrorum in Iudicio Terrestri ac officio praesenti in Causa Ratione vulnerum officio Terrestri Surazensi monstratorum et inscriptorum centum Marcis Polon Taxatarum illationis Iuridice perductorum et obtentorum non admisisti imo temere denegasti per quod penam banitionis incidisti ad quod super te decernendam et per Ministerialem Publicandam citaris Iudicialiter sic responsurus datum in Curia Regia Branscensi feria secunda post Festum Sancti Francisci Confes